


c g, quæ ipsum corpus ambiunt. Aliud corpus est simile huic compositum ex cubo a f g & duobus colobis a f g iuxta altitudinē c e & scapo medio inter colobos erecto super c e f & hæc sunt duo corpora quibus componitur cubus quæ habent radicem quadratam. Et hæc compositio est similis etiam illi quæ in singulis reſtangularis aliis. Discrimen tamen est.

Suppos. 7.

3. Sin autem sint parallelogramma *ἀνομοία* quoniam ex dictis corpora per quæ tranſit diameter ſunt ſimilia toti & inter ſe, ponantur tres ſuperficies loco eius quæ eſt in



supremo *καλοῦ* cleuata æquidistanter à plano m n o p à dextra in ſiniſtram q r f t loco eius quæ ab ante retro a g c h. Et quoniam duo corpora circa diametrum ſunt ſimilia toti & inter ſe erunt partes linearum a g, g b: itemque d h, h c & a n, κ c, inter ſe ſimiles: quare ſolida parallelogramma tria & tria vt in cubo ad vnguem inuicem æqualia & eadem ratione & ſitu collocata vt in illo, ſed ſi non eſſent circa dimetientem non eſſet aliquid horum neceſſarium. Omne igitur ſolidum parallelipedum ex quatur ſolidis componitur velut & cubus, & diſtributio eſt ad vnguem vt in cubo, & ſi quis obijciat quòd poterunt eſſe etiam pauciora propter æqualitatem partium; dico quòd eſt verum ſed multò ſæpiùs plura, quia omnis minima differentia ab ea exacta proportione eſt ſufficiens ad impediendum hanc deductionem ad quatuor partes: Adeo vt verè vix vnquam contingat. Propterea melius eſt id dicere quòd ratione probatur & verè ita eſt.

Per 11. elem.

4. Diuiduntur etiam cubi in Iſolipa prima & duo ſupplementa: & ipſa dicuntur mutuo non ſingulari numero ſicut ſocer & generi quia non poſſunt eſſe niſi per vnã lineam coniungantur à ſummo ad inſimum, & habent quadratas baſes & altitudinem cubi continentis illa. Et ambo conſtant ipſo cubo qui eſt pars & ſcapo aut *καλοῦ* qui eſt iuxta altitudinem alterius cubi.


5. Iſolipa verò ſecunda dicuntur corpora ſeu ſcapi æquales cubis partium qui complent cubum integrum, ipſa autem non complent. Quia vt dixi ad hoc vt ſint Iſolipa prima neceſſarium eſt vt ſint primum duo ſcapi & hoc eſt commune cum ſecundis: & quòd ſint compoſiti ex cubo & corpore cuius baſis ſit baſis cubi, altitudo verò latus alterius cubi: cumque hoc fuerit talia corpora iuncta per lineas totius

altitudinis cum ſint æque alta occupabunt totum cubum per tranſuerſum. Sed ſi altitudines ſint æquales, ſed quòd eſt reſiduorum ſcaporum non ſit æquale altitudini alterius cubi, non poterunt complere cubi tranſuerſam latitudinem, ſed continebuntur a ſcapo aut *καλοῦ* quia non poterunt habere altitudinem cubi. Et quoniam queſlibet talia corpora poterunt æquari ſingulis, vel vno totali appellantur ob hanc ſimilitudinem ſecundam Iſolipa ſecunda.

Per primam harum.


SCHOLIUM.

Supponatur ergo cubus a b c d 27 d e f g 8. eo quòd baſis a b c d eſt 9, d e f g 4. ergo Iſolipa prima cum habeant altitudinem h d quæ eſt æqualis b e aliter non eſſent



A B C D H
D E F G H
D H linea communis illos æqualis
B D E.

æque alta cum cubo toto erunt 45. & 20. ducta ſcilicet b e quæ eſt 5. in 9. & 4. Et talia includuntur cubo vt dictum eſt ſed ipſa ſunt etiam æqualia cubis ſcilicet 45. & 20. quorum latera ſunt 2. cu. 45. p. 2. cu. 20. tales autem includuntur & ipſi cubo 2. cu. 45. p. 2. cu. 20. quæ eſt 65. p. 2. cu. 486000. p. 2. cu. 1095. 500. Ergo vides quòd omnes cubi habent ſua Iſolipa prima & omnia Iſolipa tam prima quàm ſecunda



A B C D H
D E F G H
D H linea communis eorum multo longior B D E, lateribus cuborum iunctis.

habent cubos æquales qui cubo vni includuntur. Et tales cubi denuò habent Iſolipa ſua prima (quia ſunt illorum partes) quæ neceſſariò vni cubo includuntur. Nec tamen Iſolipa ſecunda poſſunt includi cubos ſub propria forma cum repugnet, vtrum autem poſſint verti in duo Iſolipa prima eiſdem quantitatis infra modum docebitur.